

discrepare. uerb. intr. **FORMA perf.** discrepuisse^{x1} HOR Ars 219. Sortilegis non discrepuit sententia Delphis. NON 7.98. Discrepuit, pro discrepauit. Cicero De oratore lib. III nihil sane ad rem pertinet, siqua in re discrepuit ab Antoni diuisione. **ETYM** dis, crepare. **DLAT** discrepans, discrepatio. **DROM cast.** discrepar. [**FREQ** humilis 135^{indicia} **9,8**^{/d.c.m.} LUCIL] *magis quam eius ethymon crepare apparet; uocabulum scriptis omne genus praecipue litterariis narrando argumentando, minore numero exponendo aptum, prosa, usibus mediis et doctis, quotidianis absens; saec. I aec. maxime usitatur, postea imminuit et fine antiquitatis scriptis praecipue argumentatiuis resurgit; item scriptis technicis ad medicinam pertinentibus apparet.*

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentalis	52	10
	dramatica	1	2,3
	exponens	22	9,3
	lyrica	4	17
	narratiua	54	11
DIACHRONICA	satirica	2	10
	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	51	20
	I-II ec.	15	3,9
DIAPHASICA	III-V ec.	68	10
	docta	17	9,7
DIATRATICA	media	118	11
	litteraria	117	10
MODUS	technica	18	7,1
	prosa	122	10
	uersu	13	72

¶ crepare sententiam seu iudicium, i. e. propositionem, promere inter alia significante, discrepare differentiam inter duas contrarias propositiones ostendit; seu delirationem inter iudicium quoddam ueritatem affectans et ueritatem rei de qua id loquitur. Quare uerbum est certe argumentatiuum, praef. dis- differentiam inter res monstrante • en tanto crepare expresaba, entre otras, la acción de formular un juicio o sentencia, un enunciado en suma, mediante discrepare se muestra la oposición entre dos enunciados, que constituyen generalmente opiniones enfrentadas; o bien el contraste entre un enunciado, entendido como afirmación de una verdad, y la realidad sobre la cual versa. Es, pues, un verbo con un carácter argumentativo muy fuerte, basado en la oposición entre dos planos que transmite el prefijo dis-.

GRAM orationis ratio unam eandemque structuram minime praebet, sententia subjecto opposita multis et uariis rationibus expressa: ab, cum, inter, dat., abl., in + abl., acc., quin, inf. subjecto aptatum; et cum abl. quibus differentiis sententiae opponentur monstrante inueniri potest • en el aspecto sintáctico se presenta sin una estructura definida, pues la opinión o cosa opuesta al sujeto puede formarse de múltiples maneras: ab, cum, inter, dat., abl., in + abl., acus., quin, inf. con sujeto; y puede ir acompañado de un abl. de limitación, que indica en qué aspecto concreto radica la diferencia entre las dos partes.

a1 contradictionem inter uerba et res ostendere • exponer la contradicción existente entre las palabras y los hechos: desdecir, contrastar, desmentir, ir contra [TROP uariare^b DOM alienus, antiphrasis, aduersum] 170-86 ACCI Trag 48. Composita dicta e pectore euoluunt suo, quae cum componas, dicta factis discrepant. 68-44 CIC Att 2.1.11. Pomponia nuntiari iussit te mense Quintili Romae fore. id a tuis litteris quas ad me de censu tuo miseras discrepabat. 20 MANIL 548. difficile est in idem tempus concurrere cuncta, unius ut signi pariter sit mensis et annus atque dies atque hora simul: sibi discrepat ordo. 350 SOL 1.37. quoniam ratio illa ante Numam a lunae cursu discreparet, lunari computatione annum peraequarunt.

a2 oppositionem inter duas sententias seu iudicia ostendere • presentar la oposición entre dos opiniones o conceptos: discrepar [TROP uariare^b SIM ~dissentire ANT consentire^a DOM interpretatio] 56 CIC Sest 103. multitudinis studium aut populi commodum ab utilitate rei publicae discrepabat. 29-9 LIV 22.61.10. Mirari magis adeo discrepare inter auctores quam quid ueri sit discernere queas. 48 CLAUD Imp col.1. Huic quoque et filio nepotiae eius (nam et hoc inter auctores discrepat) insertus Seruius Tullius. 384 HIER Epist 36.16. Hippolyti martyris uerba ponamus, a quo et Victorinus noster non plurimum discrepat. GLOSS 2.51.9. discrepat σκάζει. 2.275.49. διαφωνῶ. 2.232.33. discrepat ἀπαδεῖ. 4.229.49. discrepat dissentit. 5.11.16. discrepare dissentire significat.

a3 aut differentias inter res • o exponer la diferencia entre unas cosas y otras: ser diferente o distinto, diferir [TROP uariare^b SIM differre^d, discrepitare, dissonare^b] 29-19 VERG Aen 10.434. hinc Pallas instat et urget, hinc contra Lausus, nec multum discrepat aetas. 406 HIER Epist 120.10. duae Epistolae quae feruntur Petri, stylo inter se et caractere discrepant. GRILL In Cic Inu 17. Tum inter se duae leges aut plures discrepare, id est leges contrariae.

a4 siue contrastari res • incluso el contraste: discordar, resultar chocante [TROP uariare^b SIM ~fastidire] 23 HOR Carm 1.27.6. uino et lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat. 390 VEG Mulom prol.6. mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo in multis discrepat sed in plerisque consentit. GLOSS 4.57.7. discrepat non conuenit.

immo inter homines • incluso entre personas 350 SOL 15.5. Chalybes et Dahae ... crudelitate ab inmanissimis nihil discrepant.

a5 uel haesitationem exhibere • presentar dudas o ser dudoso [TROP ambigere] 121 SUET Vit 2.1. Sed quod discrepat, sit in medio.

• y fue aplicado, en el ámbito textual, a la acción de diferenciarse en cuanto al sentido una traducción del original: contrastar 387 HIER Praef Vulg. Quae ne multum a lectionis latinae consuetudine discreparent, ita calamo imperauimus ut, his tantum quae sensum uidebantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant.

a6 ^{subiecto carens} inter duas sententias distare • a menudo como impersonal: existir discrepancias o dudas [TROP distare^b] 70 LUCR 1.582. at quoniam fragili natura praedita constant, discrepat aeternum tempus potuisse manere innumerabilibus plagis uexata per aeuum. 29-9 LIV 8.40.2. nec discrepat quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. 121 SUET Claud 44.2. Et ueneno quidem occisum conuenit; ubi autem et per quem dato, discrepat.

a7 ^{in fine Antiquitatis} (a concrepare 'clamare') quasi indignari uel stomachari; a quo id uideri potest, ut discrepare oppositionem inter actionem quandam et illud a multis bonum creditum • exaltarse, irritarse, enfadarse; de aquí se puede inferir que discrepare implica la oposición de una acción con lo que se entiende aceptado por la mayoría o lo que representa lo conveniente [TROP exacerbare^a] 403 HIER Epist 106.31. inter maledicta et opprobria sensum non discrepare perspicuum est.

b ab initiis quasi male sonare, i. e. dissonare, fuit, primo ad uocabulorum sonus discrepantiam referens • desde muy pronto, designó la acción de emitir sonidos chocantemente distintos entre sí, primero referido a los sonidos verbales: sonar distinto [TROP sonare SIM ~dissonare^a] 44 CIC Off 3.83. Honestate igitur dirigenda utilitas est, et quidem sic, ut haec duo uerbo inter se discrepare, re unum sonare uideantur. 388-390 AUG Mus 1.1.1. Litterarum sono ista uideo discrepare, caetera autem paria esse. GLOSS 2.51.11. discrepat ἀπληεῖ, οὐ συμφωνεῖ. 2.232.33. 4.332.9. discrepat dissonat, non consentit.

protinus ad eam musicorum sonorum • e, inmediatamente, a los musicales 54-52 CIC Rep 2.69. in fidibus aut tibiis atque ut in cantu ipso ac uocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem inmutatum aut discrepantem aures eruditae ferre non possunt. 430 MART CAP 9.47. διάφωνοι autem, id est dissidentes, sunt qui, cum percussi fuerint, inuicem discrepant.

USUUM DIFFERENTIAE differre et discrepare propinqua uidentur, quapropter similitudines differentiasque ostendere oportet ut utriusque usus clarescant • puesto que differre se constituye en un verbo especialmente cercano a discrepare, se pueden establecer ciertas relaciones y diferencias que acoten los usos de uno y otro

a duo uerba differentias inter duos situs declarantia praepositione ab simile utuntur, scilicet quo maior clarescat differentia ad subiectum pertinens; aut inter, quae duas res uel situs pariter disponit; immo discrepare differentiam inter duos situs exprimere uult, at differre eam differentiam aequo animo ostendit • como verbos que establecen diferencias entre dos ámbitos, ambos utilizan de manera similar la preposición ab, que distancia uno de los ámbitos del otro, representado por el sujeto; o inter, que los distingue dentro de un mismo sintagma circunstancial; y parece que discrepare quiera establecer una diferencia entre dos ámbitos, en tanto differre solo la muestre desde una perspectiva imparcial

b uocabula, quanti aliud ab alio distet monstrantia, cum his uerbis uarie inueniuntur, ambo tamen uoculis multum et tantum utuntur; at differre cum nihil, paulum, quantum, plurimum et ceteri coniungitur, scilicet uerbum differentias ostendendi magis potens, et quidem operose. Semanticis locis ambo uerba cum subs. magnitudo, sententia seu species concurrunt. At discrepare cum abstractis subs. iudicium et auctor concurrat, differre cum genus, color, figura et consuetudo, quae omnia praeter consuetudo concreta sunt • si existe diferente utilización de los cuantificadores, que indican en qué medida se diferencian los aspectos comparados, pues ambos verbos coinciden en el uso de multum y tantum; pero differre aparece también con nihil, paulum, quantum, plurimum y ceteri, lo cual indica que este último dispone de más recursos para establecer diferencias y que por tanto puede expresarlas con más precisión. En cuanto a los ámbitos semánticos en que se mueven ambos verbos, coinciden con sustantivos como magnitudo, sententia o species; en tanto discrepare se combina con iudicium y auctor, de carácter abstracto; y differre, por su parte, con genus, color, figura y consuetudo, que son, excepto consuetudo, de carácter material o concreto

c discrepare paulum postea quam differre apparuit, indiciorum seriem minus constantem exhibens, praesertim saec. I-II ec. deliquim; at differre constantius abundantiusque apparet, saec. I-II ec. tenuitatem illius supplens; et in fine Antiquitatis rationem propriam huius usus ad 44% accedentem exhibet, quae huic uocabuli discrepare ad 50% accedentis similis est, scilicet pro rata parte comprehensa, cum uerbi differre indicia decies praeualeant • discrepare aparece un poco más tarde que differre y presenta una sucesión menos continua que este, siendo el hueco más evidente el que ocupa los dos primeros siglos ec., siendo differre más constante y mucho más abundante, y al parecer suple durante los siglos I-II ec. la relativa escasez de discrepare, presentando en los últimos siglos una relación interna de apariciones de este uso (44%) más parecida a la de discrepare (50%), todo ello dentro de la proporción de 10 a 1 en que aparecen ambas palabras

d ergo uerborum coniunctiones et frequentiae uerbum discrepare specialem monstrant, cum eius quantitas exilior maiorem animi intentionem indicet; et uerbum differre ut simplex monstrant, cum meras differentias inter duas res seu sententias exprimat. Quare uerbi discrepare uis pugnas et argumentando aptissima inuenitur • el reparto de combinaciones y de frecuencias, pues, presentada discrepare como la palabra marcada, pues su menor presencia implica una intencionalidad mayor, adoptando differre un papel neutro al marcar diferencias objetivas entre dos referencias o significados. La peculiaridad de discrepare, como se ha anotado anteriormente, parece radicar en su carácter argumentativo y polémico.

	DISCREPARE		DIFFERRE	
	indicia	%	indicia	%
	135	100	1818	100
a	49	36	234	13
inter	15	11	50	3
iudicium	6	5	0	0
sententia	6	5	5	0,3
multum	3	2	39	2
auctor	3	2	0	0
tantum	1	1	24	1
species	1	1	16	1
magnitudo	1	1	10	0,5
nihil	0	0	42	2
quantum	0	0	28	1,5
ceteri	0	0	19	1
genus	0	0	15	0,8
plurimum	0	0	13	0,7
color	0	0	11	0,6
paulum	0	0	10	0,5
figura	0	0	6	0,3
consuetudo	0	0	5	0,3